

Johannem subicientes examini ac circumstanciis, que circa personam ipsius, iuxta formam nobis traditam fuerant attendende, sufficienter et consolatorie iuventis in ipso, vt ad omnes ordines ascendere, ac ecclesiasticum beneficium, eciam si curam animarum haberet annexam optinere posset, cum eodem dispensauimus auctoritate premissa. super qua dispensacione, cum Johannes sepefatus, tum propter nostram occupationem, tum propter sui ipsius obliuionem et ignoranciam dari sibi petere nostras litteras omisisset eas tamen post aliquot annorum curricula, tam presbiterali ordine quam curato beneficio iam optento, prouidencius et caucius periculum quod ex earum defectu sibi posset imminere considerans, a nobis instancius peccisset, nos quia aliquantulum offuscatam habuimus facti prelibati memoriam cum per attestaciones iuratorias Reuerendorum ac fidedignorum virorum dominorum silicet øiari, Mathie atque sunonis concanonicorum nostrorum wpsalensium, qui tam recepcioni litterarum ipsarum apostolicarum quam dispensacioni earundem auctoritate ut premittitur per nos ffacte, nobiscum presentes fuerant, sic se veraciter habere premissa nobis plenius constitisset presentes litteras nostro ac predictorum testium sigillis signatas memorato Domino Johanni in premissorum omnium euidentis testimonium duximus concedendas Datum wpsalie Anno domini M^o CCC^o. X^o. in crastino beati Erii Regis et martiris.

På fränsidan: Dispensacio super defectu natalium.

Sigillen: 1, 2, 3 i grönt vax, mer och mindre skadade, andeliga; 4 bortfallet, remsan qvar.

1671.

1310 d. 24 Maj.

Thorsö.

Biskop BRYNOLFS i Skara bref på ett qvarnställe i Långenä och dervid varande äng samt en stackwalls äng i Forshems myr som lemnas Håkan Djekn i byte emot hans gods i Qvättak.
A. 6. a.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNIULPHUS dei gracia scarensis episcopus, salutem in domino sempiternam, Notum facimus, quod de consilio et assensu capituli nostri scarensis, permutacionem quandam prediorum cum haquino dicto dyækn de kiðestaðum, genero arnuidi sæter, fecimus per hunc modum, videlicet, quod nos predia ipsius haconni in kuætægh, cum omnibus suis attinencijs intra sepes et extra habere debeamus jure perpetuo possidenda, Dantes pro eisdem predijs ipsi haquino, locum molen-
dini in langænes cum pratis ex vtraque parte amnis, que ibi adiacere solent, et prato vnus cumuli qui dicitur stacker in forse-mæmyri, proprietatem, possessionem, et dominium dictorum prediorum in ipsum haquinum

et heredes suos, per scotacionem legittimam transferendo, In cuius testimonium sigillum nostrum et sigillum dicti capituli nostri presentibus sunt appensa, Datum thorsø anno domini. M^o. CCC^o. decimo. IX^o kal. junij.

På frånsidan: curia quæthægh.

Sigillet N:o 1 borta, 2 andeligt, skadadt.

1672.

1310 d. 28 Maj.

Mörkö.

Biskop STYRBERNS i Strengnäs intyg, att hans släctinge Ingewald Magnusson till sin broder Finwid lemnat Klöfwasta gård i utbyte emot jord i Lagnö vid Eldasund, i Walsta i Wårdinge socken och i Awunge vid Husby Grodunge.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis STYRBERNUS dei gracia episcopus strengianensis salutem in domino sempiternam. Notum facimus quod constituti in presencia nostra, dilecti consanguinei nostri ingiwaldus magnusæson et frater suus finwidus fecerunt hoc cambium prediorum, videlicet quod idem ingiwaldus ipsi finwido fratri suo curiam suam kløuaste cum omnibus pertinenciis suis reliquit perpetuo possidendam Recipiens ab eo quinque oras terre in lagnø iuxta Eldasund, tres oras in valastum parochia wardungi, quatuor solidos terre in awngi iuxta husaby grodungi, ista condicione adiecta, quod si idem finwidus absque liberis priusquam ingiwaldus morietur predicta curia cløuasta cum omnibus suis attinenciis ad predictum ingiwaldum redeat, ita quod nullus coheres suus alius ad ipsam curiam, ius hereditarium petens manum mittat, si vero predictus ingiwaldus prius decesserit, quam finwidus, eodem modo, quo ad ingiwaldum dicta curia, redeant ad finwidum predia, que vt *pote* superius sepedicto ingiwaldo sunt ab ipso finwido commutacionis tytulo assignata, in Cuius testimonium sigillum nostrum cum sigillis predictorum fratrum presentibus est appensum. datum Mýrkiu anno domini M^o CCC^o. X^o. in die ascensionis domini.

På frånsidan: per lagnö et clewasta.

Sigillen obetydligt skadade.

1673.

1310 d. 4 Juni.

Lund.

Enkan efter Matts af Aggatorp INGGÄRDS gåfvo- och skötesbref på all hennes lösa och fasta egendom i Aggatorp i Oxiehärad till Lunds domkyrka.

A. 5.

Omnibus presens scriptum cernentibus, JNGYIARTH relicta quondam mathei de aggathorp salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi me ex con-